



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitulare primum anni DCCCX. sive capitula quae anno decimo imperij
Domni Karoli serenissimi Augusti Aquis palatio commonita sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

CAPITVLARE PRIMVM ANNI DCCCX.

Nunc primum editum ex veteri codice MS. sancti Vincentij Metensis.

CAPITVL A QVÆ ANNO DECIMO IMPERII DOMNI
KAROLI SERENISSIMI AVGVSTI AQVIS
PALATIO COMMONITA SVNT.

- I. De clamatoribus qui magnum
impedimentum faciunt in pa-
latio ad aures Domini Imperatoris, ut Missi
five Comites illorum Missos transmittant
contra illos qui mentiendo vadunt, ut eos
convincant.
- App. II. 18. II. Ut ante Vicarium & Centenarium
de proprietate aut libertate judicium non
terminetur aut adquiratur, nisi semper in
prefentia Missorum imperialium, aut in
prefentia Comitum.
- Ibid. 19. III. De homicidiis factis anno præsen-
ti inter vulgares homines, quæ propter
pulverem mortalem acta sunt.
- I. 159. IV. Ut sacerdotes admoneant populum
ut eleemosynam dent & orationes faciant
propter diversas plagas quas assidue pro
peccatis patimur.
- Ibid. 160. V. Ut ipsi sacerdotes unusquisque se-
cundum ordinem suum prædicare & do-
cere studeat plebem sibi commissam.
- Ibid. 161. VI. De ebrietate, ut primum omnium
seniores semetipos exinde vetent, & eorum
junioribus exemplum bona sobrietatis
ostendant.
- Ibid. 162. VII. Admonendi sunt omnes genera-
liter, secundum evangelicam autoritatem, ut sic luceant opera vestra coram ho-
minibus ut glorificent patrem vestrum qui
in celis est.
- I. 151. 60. VIII. De fugitivis qui per diversas pro-
vincias detentii & occultati contra præcep-
tum Domini Imperatoris sunt, ut qui eos
post præteritum tempus suscepit aut reti-
net, bannum dominicum componat.
- IX. De pace & iustitia infra patriam, Ibid. 61.
sicut sc̄epe per alia capitula jussi adimple-
tum fiat.
- X. De latronibus qui magnam habent Ibid. 62.
blasphemiam, quicunque aliquem ex ip-
sis comprehenderit, nullum damnum ex-
inde patiatur.
- XI. De heribanno, ut diligenter in App. II. 30.
quirant Missi qui hostem facere potuit &
non fecit, ipsum bannum componat, si
haberit unde componere posset. Et si non
habuerit unde componere valeat, reu-
diatum fiat & inbreviatum, & nihil pro
hoc exactatum fiat usque dum ad notitiam
Domini Imperatoris veniat.
- XII. Herisiz qui factum habent, per Ibid. 31.
fideiussores ad Regem mittantur.
- XIII. De beneficiis destructis & alo- Ibid. 32.
dibus restauratis.
- XIV. De freda exigenda. Ibid. 33.
- XV. De materiamine ad naves facien- Ibid. 34.
das.
- XVI. De vulgari populo, ut unusqui- Ibid. 63.
que suos juniores disstringat, ut melius ac
melius obdiant & consentiant mandatis
& præceptis imperialibus.
- XVII. De eleemosyna mittenda ad App. I. 32.
Hierusalem propter Ecclesiæ Dei restau-
randas.
- XVIII. Ut nullus hominibus malig- Ibid. 32.
nis consentiat, sed magis, in quantum po-
teft, resiftat. Ut pauperes, orphani, &
viduae, & Ecclesia Dei pacem habeant.

